

Nil est amabilis uirtute quam qui adeptus erit ubicunque

Nil e' amabile uirtute quam qui adeptus erit ubicunque

Una mercurias Venus etc

mares super saxo fumantibus Pero 2512 botellz  
2 cristallinos Empirio


Pero 2512

Pero

Pero

Jo 7<sup>e</sup> fr Josepho

Jo 7<sup>e</sup> fr Josepho



oratio dicenda Cum volumus literis vacare  
quam dicebat. S. Thomas.



Dñe Jēsu chryſte qui de Beſauris ſapientia tua ineffa-  
bilis nouem ordines Angelorum conſtituiſti, eosq; ſuper  
Empyreum cælum miro ordine collocaſti, atq; vniuerſas  
partes elegantiffimè diſpoſuiſti; Tu inquam qui verus  
es fons luminis, gratia, & ſapientia deſignare ſuper  
intellectus mei tenebras radium tuæ claritatis impu-  
dere, duplicem in qua natus ſum remoueſ prinitatem,  
peccatum, et ignorantiam; Tu <sup>qui</sup> linguas infantium facis  
diſertas, linguam meam erudias, atq; in labijs  
meis gratia tua benedictionis impundas. Da mihi  
intelligendi acumen, retinendi capacitatem, dice-  
di facultatem, loquendi gratiam copioſam; In-  
greſſum inſtruas, progreſſum dirigeſ, Egreſſum  
compleas; qui in Trinitate perfecta uiuis &  
regnaſ Deus per infinita ſæculorum ſæcula;  
Amen.

Initium ſapientia Timor domini Psal.



Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page, located in the upper portion of the document.



# Commentarij In octo phy- sicoꝝ libros.



## Liber primus.



### Quoniam quidem

phīa apud Aem & librorum multitudine  
verarum uarietate latissimè  
antequam explicatio nem horum cetero-  
brorum aggrediamur, tria dnr. necesse  
explicanda, quibus quasi summis capit-  
bus tota naly phīa tractatio continetur.  
Primum è quod nam sit eius subum: Altera  
quifordo sit ipsius ad ceteras phīa partes:  
3. qua sit eius distributio. Sed illud impi-  
mis ante oia aduertendum è, quod in  
Porphyriana introductionis latius diximus.  
Primum sciarum ut quasdam è Practicas  
quarum finis è opus in quibus ageretur  
& efficientes continentur. Quasdam è the-  
oreticas seu contemplantes quarum finis  
è sola ueritatis cognitio & contemplatio.

Deinde animaduertendum è theoreticas in 3. tantum genera distribui posse, in naturalem, mathematicam &  
metaphisicam id quod hac rōe colligitur: Res omnes quae sub contemplationem cadunt, aut sunt res ipsa mo-  
biles, et ut mobiles considerantur: ut caeli et elementa: aut sunt quidem res ipsa mobiles non tñ, ut mobiles con-  
siderantur: ut globus, Cylindrus, & Reliqua magnitudines sine qualitatibus sensibilibus. Quae autem  
denique nec mobiles sunt, nec ut mobiles considerantur: ut Beasop. Max. & intelligentia.

Cum igitur Primum genus rerum ad naturalem phiam, secundum ad Mathematicam, 3<sup>um</sup> ad Metaphisicam  
Sicam pertineant ut Ales. & Metaph. lib. cap. 1<sup>o</sup> oium philosophorum consensu affirmat reliquum  
è, ut theoretica sciam in tria genera distribui possint.

At obijacet aliquis dari posse 4<sup>um</sup> genus rerum quae sub contemplationem cadant, scilicet earum quae  
res ipsa mobiles non sunt, ut mobiles tamen cogitantur: quare addenda è alia theoretica sciam praeter  
tres illas enumeratas superius.

Sed è occurrendum talem rerum considerationem è falsam, ac propterea ad nullam sciam posse  
ullo modo pertinere.

Ex duobus colligi se distinet quo phīa naly, a reliquis, eius distinguitur. Differentia à practica, quia  
Practica omnes ad opus descendunt. Naly aut phīa in sola rerum contemplatione uosatur. At Mathematica  
Et Metaphisica quia haec non considerant res ipsas cum propensione ad motum: quod tamen  
proprium è naly phīa.

concl. Argm.  
Res è qd Mathematica  
è tota mobilis: qd falsum  
illa dicitur, aut phī, qd  
distat in et forme ut  
quasdam insensibiles de

Sed argumentabitur aliquis hoc modo. Natus philosophia ad opus inclinatur ut pote ad amorem celestium rerum, et ad caducarum rerum contemplationem et ad aspicientiam, et ad reliquas Summas actiones humanas: Non desinguitur ergo a Practicis Scijs.

Unde substantia ut habet magnitudinem est apta ut locum repleat: et ut moveatur loco: Mathematica uero differit de substantia ut habet magnitudinem: ergo differit de re mobili ut mobilis est, quare nec a Mathematica desinguitur. Philosophia uero naturalis.

Postremo angeli mouentur loco, et a Metaphisica considerari possunt quia re mouentur loco, cum theologia de motu angelorum disputare soleat: Metaphisica uero differit de rebus mobilibus ut mobiles sunt: quare nec a metaphisica desinguitur naturalis philosophia.

Hec tamen argumenta. Primum quidem si dicas philosophia naturalis occasione quadam inclinare ad opus, quoniam rerum naturalium cognitio non parum adiumentum affert ad uitam studij, non tamen inclinare ad opus ex ipso tractationis genere, seu ex modo docendi cum in ea regula operandi minime tradantur: ut quo pacto uirtutes comparanda sint: quo pacto uita fugienda, aut euellenda: qui modus in rebus tenendus sit, quod genus docendi. Secundum Practicorum Proprium est ac peculiare

Secundum id argumentum dissoluitur, negando primam consequentiam, quamquam in magnitudine sufficere ad occupandum locum, non fit ad mutandum, quoniam loci mutatio indiget qualitate aliqua impellente, ut gravitate vel leuitate, vel aliquo impulsu qui a mouente proficiscatur, quales tamen qualitates Mathematicus non considerat.

tertium denique soluitur, si respondeas Angelos quoniam magnitudine carent non moueri motu philosophico de quo solo naturalis philosophia differit.

Q<sup>1</sup><sup>a</sup>

## Quod nam sit subiectum naturalis Philosophia Q<sup>1</sup> Prima

Quod igitur attinet ad Primum eorum trium quae pro sumus explicanda. Primum est subiectum naturalis philosophiae esse ens mobile, quia re mobile est quocumque modo late accepto non est motus, ut complectitur 6. illas species quarum meminit Aristoteles in libro predicamentorum cap. de speciebus motus, quae facta est in 11. hoc loco. Quod autem ea uera sit probet. Primum ex tribus illis conditionibus quas ante porphirij libellum in subiecto cuiusvis scientiae requiri dicebamus. Imprimis ens mobile est in re natura: cum sit genus quoddam predicamenti subiecti ut plantam inferius plantam fiet.

Deinde de ente mobili non solum secundum suam eam uolam in philosophia naturali describitur, sed etiam gratia entis mobilis de reliquis omnibus ad philosophiam naturalem pertinentibus disputatur. Denique ens mobile philosophiam naturalem a ceteris artibus desinguit: Primum abijs quae in sermone uersantur ut satis apertum est. Deinde a Practicis quia naturalis philosophia in sola entis mobilis partium eius est affectuum contemplatione uersatur, quod a Scijs Practicis alienum est: a Metaphisica denique ac Mathematica eam separat ut supra ostendimus.

Probatur deinde hoc pacto: Illud est subiectum naturalis philosophiae quod adhibetur in definitione i. affectionis quae in ipsa consideratur: sed in definitione motus, qui est i. affectio considerata in philosophia naturali, ut philosophia docet, adhibetur ens mobile: ergo ens mobile est naturalis philosophiae subiectum. Min. Prop. prob. quoniam motus (ut dicitur ab Aristotele 3. philosophiae lib. cap. 2.) est alius entis in potentia, ut in potentia est, id est entis mobilis, ut mobile est, quemadmodum ipse statim exponit.

3. confirmatur ex Aristotele 6. Metaphis. lib. cap. 1. ubi sic ait. Naturalis profecto facultas contemplatiua quidem scientia est, sed uicem ens tale, contemplatiua quod motu fieri potest.

sed quare.

concl.

Sed quæret aliquis quidnam sit ens mobile, quod sub ium p hia ee diximus. Hæc dubitatio facile explicabitur si Primum ammadueras descriptum quo hæc tria nã s. ens naturale. Et ens s m. naturam inter se distinguuntur: ut n. colligitur ex Ale. secundo Physicorum cap. 1. nã solum nam Pri mam ac formam substantialem comprehendit, quæ idcirco sunt natura quia sunt Principia. Ita. cur moueatur id in quo posse ac primo insunt: At v. ens nale dr id quod naturij mã s. ac forma substantiali constituitur, quale e corpus speciei subalternae prædicamenti substantiæ, Et quidquid sub eo essentiali continetur. Unde deniq. secundum naturam dr. nã solum quidquid ex nã s constituitur, sed etiam quæcunq. entis nã s. affectio, ut moueri, ee in loco, atq. spore. Et Summã alia rerum naturam affectiones. Hinc intelliges ens naturale et corpus genus subalternum prædicamenti substantiæ. idem omnino ee.

Aduerte inde hoc vocabulum mobile, duobus modis accipi potee, s. vel quare significat quandam aptitudinem seu non repugnantiam ad motum, quæ e affectio quædam entis nã s. vel ut significat prium unde talis aptitudo profluit, nam s. Et formam substantialem, quæ sunt priã motus ut superior diximus: mobile igit accipiendum e hoc loco posteriori modo.

Quæ ad dubitationem propositam respondendum e. Ens mobile e nihil aliud ee quam id quod nã s. habet motus principium, nam s. Et formam: seu quod idem e id, quod ex mã i. et forma substantiali constituitur, quod ens naturale appellari diximus. Unde patet nullum ee dissonum inter ens mobile, ens nale, Et corpus subalternum genus prædicamenti substantiæ quare nã e repudianda sententia recentiorum qui dicunt ens nale ee sub ium nã s. p hia. Patet etiam ex dictis non ee discrepare a sententia diu. p. opinionem Alb. Al. Et egidij R. dicentium corpus mobile ee huius scilicet sub ium solum loquedi modus duobus ee uidetur. Nam per corpus mobile non intelligunt aggregationem ex corpore et aptitudine seu non repugnantia ad motum sed potius ens ut habet priã motus nam s. Et formam, quæ quia hoc miretur inter Albertum Et Egidij quod ille noie corporis complectitur corpus prædicamenti substantiæ Et quantitatij: Hic vero solum corpus prædicamenti substantiæ, quæ de causa Magni Alberti sententia ad opinionem diu. p. Et egidij aliqua exp. discrepat.

Verum obijcies omnia corpus ee mobile cum omnia corpus ex mã s. Et forma quæ sunt priã constituitur quare superuacaneum ee corpori particulam mobile adiungere. Oportet attendere e tamen idcirco hoc autores eo loquendi modo usus fuisse qm corpus prædicamenti substantiæ ee considerari aut ordine ad magnitudinem duntaxat, aut ordine ad motum. Cum igit p hia nã s. de corpore agat ordine ad motum hoc e ut habet motus priã opus fuit ut corpori mobile adderetur. Quamquam v. si autores re ipsa non dissentiant, modus tamen loquendi h. usu frequentior iam e, quæ pro eo deinceps utemur.

Ceterum contra eam sententiam quam veram ee credimus sic aliqui argumentabuntur: Si ens mobile sub ium eet huius scilicet subalternae re hie hæc scilicet nã s. metaphisica aut saltem ee ee q. pars neutrum autem absq. conceditur. q. ens mobile nã e huius scilicet sub ium. Maior hoc nã s. aut n. mobile accipitur prout significat aptitudinem ad motum, aut qua roe significat prium motus h. priori modo mobile e conditio quædam accidentaria entis qua de causa v. contrahere ens eo pacto quo substantia subalter naturam scientiarum subalternae contrahi solent ac promde p hia nã s. qua de ente mobili agit metaphisice subalternatur. Si posteriori modo idem e ens mobile ac

ens



entis nate sine corpore predicamenti substantia quod est pars quaedam substantia entis quare cum  
scia qua agit de ente aliquo uniuersali agat etiam de partibus eiusus subiectis, atque metaphisica  
ca de ente differat. Reliqui est ut colligamus eam sciam qua de corpore agit et phisicam nate  
partem ee metaphisica scia.

Ad hoc tamen argumentum dicitur mobile accipi e loco posteriori modo ut supradixi  
mus nec u. Sine sequitur phisicam nate ee partem metaphisica scia negandum e enim Me  
taphisicam disputare potest de ente mobili seu corpore graue subalterno predicamenti subiecto  
quoniam sit entis pars quaedam substantia. Nam tunc solum ad eandem sciam attinet de ente aliquo  
ubi atque de eibus eius partibus subiectis differere cum idem modus abstractionis a ma. intoto, et  
in partibus reperitur. Quare cum ens abstractat secundum ee a ma. sensibili no autem ens  
mobile. efficitur ut una scia constituenda sit qua de ente differat, alia u. de ente mobili.

## De ordine Phisicæ Natis ad cæteras scias

### 2.º Secunda.

Quod attinet ad 2.ºm duplici ordine phisicam nate cum reliquis scis comparabimus  
dignitatis. Et doctrina seu acquisitionis. Quoniam igitur dignitatis ordine theoretica  
scia sunt Practicæ priores ut Aristoteles affirmat 6.º Metaph. cap. 1.º (nam theoretica  
scia esse spectantur qua res honorabiles dicuntur. Practicæ u. esse opus qua de causa lau  
dabiles uocantur) efficitur imprimis ut nate phisica qua theoretica Practicæ omnes dignita  
te antecedit. Hinc deinde quoniam theoretica inter se comparata duabus de causis dicitur digniores  
uel quia de præstantiori subiecto agunt uel Aristoteles affirmat ad initium librorum de cais) efficitur ut  
nate phisica inter theoreticas medium dignitatis locum obtineat. Nam si certitudinem spectemus  
primus locus erit mathematicis concedendus, sunt enim certissima, ut etiam Aristoteles fatetur ad finem  
2.º libri metaph. 2.º aut locus dandus erit phisicæ nate, quoniam certior quam metaphisica, quippe  
cum ex naturalium rerum cognitione earum qua sunt supra nam comparemus. Si autem nobilitate  
etiam subiectorum consideremus e contraria nobilitas summo scis concedenda e. Nam meta  
phisica quoniam de præstantissimis substantiis differunt primum locum iure sibi uendicabit. 2.ºm  
locum habebit nate phisica, quoniam agit de omnibus substantiis mobilibus unde ut Aristoteles ait in libro  
citato si non eent alia substantia præter eas, qua nate consistunt phisicæ nate eent prima phisica in  
3.º aut atque in primo gradu ponenda sunt mathematica quoniam agunt de quantitatibus, seu de rebus  
quantis, ea sola res qua quantæ sunt. Itaque secundum dignitatem uno tantum gradu phisicæ nate  
a reliquis theoreticis scis superatur.

Doctrina autem ordo via uidetur constituendus ut postquam exceperis ex scientiis qua in sermone uer  
bantur ac prætermiseris eas Practicæ, qua efficiuntur dicitur, ad mathematicas profinus accedat deinde  
ad phisicam qua de moribus differunt. Minus enim experimenti in mathematicis scientiis, quam in mora  
libus requiritur. Unde fit ut asserat Aristoteles 6.º ethicorum cap. 2.º inueniam potest fieri mathematicum  
non ita morale artificem. Post scientias uero de moribus ad nate phisicam accedendum e  
in qua multo plus experimenti quam in illis requiritur. Est enim mores in nobis ipsis cognoscere  
ualemus

3

valemus: videsque autem sine affectione rerum naturam in exterioribus rebus maxima ex parte emigari-  
de sunt. Et Philosophia demum naturalis ad metaphysicam concedendum est. Itaque ordini doctrinae penultimu-  
locum obtinet Philosophia naturalis. Illud tamen negandum non est omnes scientias mutui sibi auxilium praestare ut  
maximam non possit accurate tenere nisi ceteris modo aliquo similibus. Unde fit ut in Philosophia multa sint  
ex naturali Philosophia petenda; cuiusmodi in Philosophia naturali multa ex iis qua in moralibus scientiis tractantur, atque ita  
in ceteris.

## De distributione Naturalis Philosophiae Q. 3<sup>a</sup>.

**Q**uod attinet ad 3<sup>am</sup> uniuersa Philosophia naturalis distribuitur i<sup>am</sup> quidem in eam partem in qua  
differitur de principijs communibus, & causis rerum naturalium, itaque de affectionibus qua communiter  
omnibus conueniunt, qua quidem pars in octo Philosophiarum libris continetur. Deinde in eam in qua in-  
cipiens agere Aristoteles segillatim de rebus naturalibus disputat de quinque corporibus simplicibus, caliditate & frigore,  
& quatuor elementis quatenus sunt loco mobilia, atque haec pars continetur in libro de caelo. 3<sup>o</sup> di-  
uisi dicitur in eam in qua agit de iis qua communiter conueniunt rebus corruptibilibus de originibus  
& incrementis, de alteratione, accessione, et mixtura, qua tractatus pertinet ad libros de generatione  
et corruptione. 4<sup>a</sup> pars in qua segillatim incipit de mixtura disputatio. Continet tractationem  
de mixtura imperfectis qua metheora dicuntur, qualia sunt nix, glacies, cometae, grandae, & cetera. Item  
qua de his qua in visceribus terrae gignuntur ut de metallis, de lapidibus qua oia Magnus Al-  
bionis mineralium complexus est. Haec autem pars 3<sup>is</sup> non oia est absoluta ab Aristotele in libro de meteoris  
rerum tamen partim exacta, partim incepta est. Sequitur 5<sup>a</sup> pars in qua incipit Aristoteles tractare de  
rebus animatis in communi qua continentur in libro de anima cui annectitur 6<sup>a</sup> pars nomine Paruorum naturalium  
inscripta in qua de iis qua quibusdam viventium affectionibus differitur, ut de sensu & sensibili  
de somno & uigilia de uita & morte & alijs summi. Sequitur deinde septima qua appellatur  
animalium historia in qua iussu summi narrat Aristoteles multa de animalibus in qua parte quae sunt probationes  
sed narrationes potius magis continetur historia quam scientia. Sequuntur deinde dua aliae partes  
quarum altera dicitur de partibus animalium altera de generatione animalium in quibus Aristoteles magis exacte  
ea qua diuersis animalium speciebus conuenire intellexit pertractauit. De plantis uero nihil habemus  
ab Aristotele traditum. Theophrastus tamen eius discipulus multa de plantis scripta reliquit. Haec igitur  
sunt partes totius Philosophiae naturalis in quibus recensendis ordinem quem inter se habent seruauimus.

Principium caelum, generatio Pluuia uiuentium  
Paruaque cum bratis, haec ratione patent.

# De subiecto, ordine, Partitione, & inscriptione horum librorum 9<sup>o</sup> 4<sup>a</sup>

Explicitiōs quae communiter pertinebant ad totam Philosophiam naturalem explicanda sunt breuiter inter capita illa quae pertinent ad hos octo libros Philosophicorum quos aggredimur. Eorum itaque subiectum ens mobile in communi, subiectum ens mobile praesens, et in suppositione simplicii quae pacto desinguntur modo aliquo a subiecto totius naturae philosophicae quod quidem est ens mobile in se & in suis partibus subiectis spectatum, in suppositione personali. Unde patet ordo horum librorum ad ceteros huius scientiae naturae libros. Sunt namque tria & ydochima omnium primi cum secundum utrumque ordinem prius aliquatenus sit explicanda secundum se, quam ad eius speciem descendatur. Partitio 1<sup>o</sup>. Summi est ut in primo libro agatur de materia & forma et privatione quae sunt prima rerum naturalium. In 2<sup>o</sup>. de natura et causis rerum naturalium. In 3<sup>o</sup>. de motu et infinito. In quarto de loci uacuo et tempore. In 5<sup>o</sup>. de speciebus, unitate, et contrarietate motuum. In 6<sup>o</sup>. de diuisione motus in partes integrantes. In 7<sup>o</sup>. denique et octauo muestigatur Primus motor & eius dignissima conditiones, quod sit excipiens corporis aeternus, et infinitus uirtutis.

Inscribuntur autem hi libri de philosophia, seu naturali abscultatione pro quod continent exquisitam et accuratam docenditatem atque subtilitatem et per dignam attentionem et auditionem. bene. Philosophemiteus referre quaedam opera conscripta sunt quae externa pro uocabantur quae continebat res minoris momenti, & docendi genus humile, atque uulgare. Alia uero addidit quae quia continebant res maioris momenti graui quoddam stilo et subleuato scripsit ne obliuiscerent communia sed ijs tantum qui ingenio pollerant, inter quae numeratur hoc opus octo philosophicorum librorum. Inscribuntur hi libri philosophicorum, seu naturalium priorum eo quod in ipsis rerum naturalium uicibus prima uadantur.

## Primi libri Philosophicorum Caput primum.

Proponeitur in principio huius libri praefationem quandam huius philosophiae naturalis communem in qua explicat ordinem quem in ea tradenda seruaturus est: duabus autem assertionibus hoc capite positis sic ordo continetur: quarum prior est. In scientia naturali a principijs ad principjata progrediendum est. Posterior est a magis uerbis ad minus uerba progrediendum. Priorem ita confirmat. In omni doctrina in qua sunt principia & causa, & elementa rerum de quibus agit ex horum explicacione & perceptione cognitio fit atque scientia: sed sua naturalis est doctrina in qua sunt prima

sed sua

Sci. sua nati e dicitur in qua sunt prius et causa atq; elementa rerum naturam: q; in sua nati pro  
 gred. videntur e a cognitione priorum, causarum & elementorum ad comparandam cognitione  
 et sciam rerum naturam. Al. morem nec ponit nec probat quia satis perspicua erat. Maiore v.  
 ostendit ex communi omnium concessu. tunc n. unam quamq; rem nosc. putamus perfecti  
 sime qn. causas primas, priasq; et usque ad elementa cognoscimus. Circa hanc rem a. in madus  
 tendum e imprimis priam, causam et elementum non ee idem omnino ut colligitur ex Aris.  
 Metaph. cap. 1. 2. et 3. Principium n. e id inde aliquid e, fit, et cognoscitur: quo pacto no so  
 lum omnes causa verum etiam multa alia appellantur principia, ut terminus a quo e prium  
 mutationis & punctus e principium lineae, et alia plerq;. Causa vero e que influit aliq;  
 modo in effectum, aut fouendo et suscipiendo ut materia, aut informando ut forma, aut effi  
 ciendo ut efficiens, aut alliciendo ut finis. Elementum deniq; e ipsa materia duntaxat. Unde  
 patet tria hae habere se ut superius et inferius. Nam principium latius patet quam causa, &  
 causa quam elementum.

Aduertendum e deinde Aris. nomine cognitionis, intellectus (ut v. cognitione n. d. e. p. n. Nota qd in meliori opi  
 suam, noie vero scientia cognitionem demonstratiuam. V. itaque enim super se h. s. m. sic com-  
 paratur ex p. exceptione primarum causarum, primorum q; priorum, usq; ad elementa.

Nota qd in meliori opi  
 mo n. n. vultu. h. d. y. noie  
 cognitionis. Desisti uam  
 et noie. s. e. a. e. m. o. n. s. t. r. a. t. i.  
 uam. s. i. q. d. e. m. s. e. e. e. x. p. o.  
 s. i. n. o. n. i. s. t. o. r. e. c. u. m. s. i. c. a.  
 c. o. t. e. x. t. u. s. e. d. a. m. b. o. s. s. i. a. m.  
 s. i. g. n. a. n. t. e. t. s. o. l. u. m. p. o. n. u. n. t.  
 m. a. i. o. r. i. s. e. x. p. l. i. c. a. t. i. o. n. i. s. g. r. a.  
 q. d. e. a. g. e. n. s. a. g. i. t. p. p. s. i. m. a. n.

Praterca aduerte. Aris. locutum fuisse per disiunctionem quoniam no in omni doctrina sua  
 ue reperiuntur prius ad elementa. Et enim in metaphisica non reperiuntur elementum qm me-  
 taphisica no disputat de rebus materia constantibus. In mathematica aut no datur causa efficiens  
 nec promde finis, qm tunc ueris s. s. s. i. s. c. o. m. m. e. r. e. l. i. c. e. t. n. o. n. o. i. a. h. a. c. s. i. m. u. l. r. e. p. e. r. i. r. i. o. m. n. i. s. p. r. i. a. c. a. s.  
 omnes & elementa. Deniq; aduerte. Aris. dixisse (et usq; ad elementa) ut minus retinere e  
 minimam suam causam, et cognitione ultimam ut ad finem huius libri planu fiet.

**Hac autem.** Probat posterioriorem acertionem huius capitis, ut pote a magis tribus ad  
 minus tribus progrediendum e, atq; imprimis longa quadam rationatione que h. t. a. c. o. n. t. i. n. e.  
 tur h. t. b. u. s. s. y. l. l. o. g. i. s. m. i. s. i. n. q. u. o. r. u. m. u. l. t. i. m. o. p. r. o. p. o. s. i. t. u. m. i. n. t. e. l. l. i. g. i. t. u. r. P. r. i. m. u. s. s. y. l. l. u. s. e. a. q. u. i. b. u. s. i. n. s. i. a. m.  
 e. a. n. o. n. o. b. i. s. u. t. p. r. o. g. r. e. d. i. a. m. u. r. a. b. e. i. d. e. m. i. n. c. i. p. i. e. n. d. u. m. e. : h. a. c. a. u. t. a. n. o. n. i. p. t. a. e. n. o. b. i. s. u. t. a. n. o. t. i. o.  
 ribus nobis ad notiora n. progrediamur: igit a notioribus nobis ad notiora n. progrediendum est.  
 Pratermissa maiori ponit minorem & conclusionem. Quoniam inquit, non sunt eadem nobis nota  
 et simpli nota: opponuntur, n. h. a. c. i. n. t. e. r. e. s. e. Nam qua nobis sunt notiora ut res corporee et ma  
 teriales minus nota suapte natura sunt, & qua magis nota suapte n. existunt ut substantia ma  
 teriales minus nota, minusq; perspicua nobis sunt. Noster n. intellectus ita se habet ad res per  
 se et h. o. r. e. s. u. t. s. e. h. a. b. e. t. o. c. u. l. u. s. n. o. c. t. u. s. a. d. l. u. c. e. m. s. h. i. s. v. n. d. e. e. s. t. u. t. r. e. s. m. i. n. u. s. p. e. r. f. e. c. t. a. s. m. e. l. i. u. s. c. a. p. e. r. e.  
 possit et intelligere, quare si natura comparatum e ut abijs qua nobis nota sunt proficiamus ad  
 ea qua ignoramus, necio efficitur ut ea nobis natura insita sit uia, ut a notioribus nobis ad no  
 tiora n. proficiamus.

tex

**At confuse 1.** Ponit minorem Secundi syllogismi qui Summi e. A notioribus no  
 bis ad ea qua natura notiora sunt progrediendum est. At nobis primo ea qua confusa sunt  
 notiora existunt, a confusis igit progrediendum e. Maior e conclusio primi syllogismi. Minor.

tex

probr.

probatur qm̄ elementa et p̄ia, p̄ quā in ipsa confusione futuri rei continetur per diuisione  
futuri innōtunc: quod plane indicat rem totam prius notam nobis, et ex consequenti notio-  
rem quam partes ex quibus consistit: Nemo n̄ diuidit totum aliquid quod nō cognoscit.

tex.

**Idcirco ex utro.** P̄ om̄i conclusionem tertij sillogismi qui quidem ē summi. Et co-  
fusijs progrediendum ē: vbi sunt confusa, si videlicet cum singularibus conuertantur. ab uni-  
uersalibus igr̄ ad singularia progrediendum ē, a magis vltimis ad minus vltia, quod erat  
probandum. Maior ē conclusio secundi sillogismi minorem nō posuit. Et qm̄ plana  
erat vltia confusa complecti sub se singularia i. partes sibi subiectas.

tex

**Ipsam namq; totam.** Eandem assertionem quam posteriora ē di-  
cebamus huius capitis tribus huius vltimis ut confirmat. Primum sumitur a toto sensibi-  
li hoc modo. Ut se habet sensus ad totum sensibile, ita proportione quadam intellectus ad totum  
intelligibile. Totum autē sensibile notius ē sensui, quam singulae partes q̄ et totum intelli-  
gibile notius erit intellectui quam sua partes, atqui vlt singularium respectu ē totum quoddam  
intelligibile q̄ notius quam singularia: quare ab vltimis ad singularia ē progrediendum.

tex

**Sic etiam s̄ nota.** Secundum iudicium sumitur a toto descriptibili in hunc  
modum. ut se habet intellectus ad totum descriptibile i. ad rem totam, ut significatur nō s̄ in  
placi respectu partium descriptentium sic etiam se habet ad totum vlt. respectu partium sub-  
iectarum (ambo n̄ sunt quadam vltia ut in contextu explicatur) sed totum descriptibile intellectui  
ē notius quam partes descriptentes: q̄ s̄ totum vlt. quam partes subiecta, quare ab vltimis  
ad singularia progrediendum ē. Minor patet qm̄ prius intelligimus descriptum ut vlt.  
circulum quam percipiamus eius descriptioem.

tex.

**Veri quoq;.** Tertium iudicium sumitur a Progressu cognoscendi peruenum  
quasi sic argumentatur. Et vlt. Veri se habent in progressu cognoscendi, cum s̄ sequa-  
tur ipsam naturam ducentem: sic etiam ē consentaneum ut progrediamur in acquisitione sciam̄:  
sed illi progrediuntur a vltimis, a minus communia (Primum n̄, vlt omnes appellant Sa-  
tres, feminas matres, deinde e uero ad descriptam cognitionem parentum deueniunt) Vltij q̄  
consentaneum ē natura nostra ut in acquisitione sciam̄ a magis vltimis ad minus vltia  
progrediamur.

**Utrum ad Perfectam cuiusq; rei cognitionem necria orium  
Causarum cognitio Q. 1.**

In hac q̄ nagit de  
quacumq; de mōte  
solum de demōstr  
qd. et de de p̄o  
centrali.

Huius quæstionis partem affirmatiuam videtur s̄ asserere mitio huius cap. illi uerbis  
hunc n̄. unam quamq; rem fore putamus cum causas primas priusq; prima et usq; ad elemē-  
ta cognoscimus. Pars h̄ neg. ita potest suaderi. Demostri. q̄ quid dignit̄ perfectam rei  
cognitionem: et tamen non necesse ē demonstrationem q̄ quid procedere ex omni ḡnre causa  
igr̄ ad perfectam rei cognitionem nō ē necria n̄um causarum cognitio.